



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 218. Quid sit & quotuplex attentio ad Horas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

Q. 218. Quid sit & quotuplex attentio ad Ho- 1332

ras R.

§. I. Attentio, in genere, est advertentia ad ali-
quid: unde attentio ad horas est advertentia ad reci-
tationem illam vocalem horarum: Est autem du-
plex, externa & interna; externa consilit in hoc,
quod quis, quando recitat, abstineat ab omni occu-
patione externa incompossibili cum attentione in-
terna. Attentio interna est advertentia & applicatio
quædam major animi ad hoc, quod recitat; Dico,
major, nam quandocunque aliquis recitat, necessariè
habet aliquam attentionem internam, ut rectè
Gob. in Exp. T. 5 n. 802., quia lingua non profer-
ret, nisi appetitus imperaret, appetitus autem non
imperat, nisi præcedat cognitio & advertentia aliqua
ad illud, quod imperatur, cùm nihil sit volitum nū
cognitum, talis tamen advertentia non sufficit ad o-
randum.

§. II. Attentio interna est triplex, 1. Ad verba 1333
tantum, ut ea rectè, distinctè & reverenter profe-
rantur; & hæc dicitur attentio superficialis. 2. Ad
fensem verborum, ut hæc percipiatur mente, &
affectus applicetur ad hoc, quod verba significant; &
dicitur attentio literalis. 3. Ad Deum, ut quis, dum
recitat, cogitet de Deo aliove mysterio, aut saltem de
re seu gratia, quam à Deo petit; & hæc dicitur at-
tentio spiritualis.

Q. 219. An attentio externa requiratur ad 1334
satisfaciendum pro Horis. R.

§. I. Secundum omnes requiritur, nam qui vult
occupationem externam incompossibilem cum at-
tentione interna, non orat, nec Deo exhibet cultum,
quod tamen hic præcipitur: & ideo docet Gob. in
Exp. T. 5. n. 716., eum, qui propter ingentissimum
mœrorem vel turbationem mentis non posset, ne-
quidem